

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1538

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 94 / Tabuteau 176

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1035-1040]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume, duc de Normandie, à la requête de Jean abbé de Fécamp, donne à ce monastère une partie de La Forêt-Verte, auprès de l'église Sainte-Marie de Vasto (auj. Fontaine-le-Bourg), il restitue « Ymonville », Branmaisnil ; il donne cinq hôtes, dits burges, à Fécamp, un hôte à Etretat, deux arpents de pré à Fécamp, un hôte au Vaudreuil, les chevaliers Alveredus et Anschitillus en Cotentin, avec leur terre, Borellus de Moult avec son alleu, la terre d'Hugues de Billy, Auberville (auj. Sainte-Hélène-Bondeville) avec ses dîmes, le bois de Grainval, une partie des Londes, la terre de Durand de Putot, de Robert d'Hableville, celle de Richard fils de Goubert dans le comté de Caux ; la terre de Hunfredus dit Pontechien ; le domaine de Yonville près Rouen, presque tout le bois de Roumare ; un hôte au Vaudreuil, le chevalier Godeboldus et ses frères, avec leur alleu, mais sans leur fief dans les comtés de Talou et de Caux ; le clerc Thierry et ses neveux avec leur alleu à Vinnemerville, à Gerville et à Bertheauville ; Anschitillus et Eude fils de Turstinus d'Envronville avec leur alleu ; Guillaume d'Iclon ; les biens de Richard fils de Gozelinus de Bardouville dans le Caux : à savoir Auberville (auj. Sainte-Hélène-Bondeville), Clainville, Louvetot, Touffreville[-la-Corline] ; la terre de Goubert de Veauville, une autre terre à Igneauville ; à Catolt, six hôtes en échange de la pêcherie de Pont-Audemer, et la dîme de Pitres comme celle de Romilly [-sur-Andelle].

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 94, p. 245-247.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 140, p. 468.

## Dissertation critique

Cet acte se place entre l'avènement de Guillaume le Bâtard en 1035 et la date approximative de l'assassinat d'Osbern fils d'Herfast en 1040 environ (FAUROUX, p. 246). Voir également SCRIPTA 6494.

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Willelmus gratia Dei Normannorum comes, filius Rotberti quondam Northmannorum nobilissimi comitis, omnibus in Christo ubique manentibus, salutem et perpetuam pacem. Noverit quisque tam presens quam et futurum quam ego predictus Willelmus, inspiratione divina tactus, domini Johannis Fiscannensis monasterii abbatis deprecatione compulsus, fidelium meorum laudatione inductus, confero, tribuo,

dono quandam partem silvæ quæ Silviesim dicitur, uni et trino Deo vivo et vero ad sumptum fratrum prescripti Fiscannensis monasterii, pro redemptione animæ meæ et patris mei, predecessorumque meorum, tali scilicet tenore ut habeant, possideant et colant apud ecclesiam Sanctæ Mariæ semper virginis cui vocabulum est de Vasto. Reddidi etiam Witmundivillam et Branmaisnil (sic), pro quibus dederunt monachi centum quinquaginta libras denariorum. Donavi quoque quinque hospites in Fiscanno quos burges vocant, et unum hospitem in Strutat, propter pisces capiendos, et duos arpentes de prato in Fiscanno, et unum hospitem in Rodollivalle, et in Constantino unum meum militem nomine Alveredum cum omni sua terra et alium nomine Anschitillum cum sua, Borellum de Modollo cum omni allodo suo, et terram Hugonis de Billei atque Radulfi, terram de Osbernivilla cum decimis et omnibus suis pertinenciis, boscum de Grinval cum omnibus quæ ad eum pertinent, idem Londas usque ad transitum Baldrici, terram Osmundi filii Alberici et Guillelmi ejus avunculi, terram Hunlof et Durandi de Putot et Radulfi filii tistes (sic) et fratri ejus, terram Rotberti de Abvilla, terram Ricardi filii Gulberti quam in Caltiacensi comitatu habere videtur, terram Hunfredi qui dicitur Pontechien et fratrum ejus. Dedi villam quæ Widonis dicitur apud Rotomagum ex integro, cum omnibus appendiciis suis, et maximam partem de bosco de Rolmara. Reddidi etiam unum hospitem quem Lover in Rodollivalle tenuit de abbe Willelmo Fiscannensis monasterii. Dedi quoque Godeboldum militem et omnes fratres ejus, cum omni eorum alodo, absque beneficio quod habere videntur in Taloensi et in Calciacensi comitatu. Dedi etiam Teodericum clericum et nepotes ejus et Willelmum cognomento Beulæ atque Rotbertum filium Malgerii, cum omni eorum alodo quod habent in Winemerville, et in Geyrivilla, et in Bertelvilla. Concedo pariter Anschitillum et Odonem filios Turstini de Evroltvilla cum omni eorum alodo, Willelmumque de Hychelunt. Dedi quoque terram Richardi filii Gozelini de Bardulvilla quam habet in tota Calz, id est Osbernivilla, Clivilia, Luventot et Turfretvilla, tali scilicet tenore ut post decessum ejus deveniat in proprium jus predicti monasterii Fiscannensis, nullo herede calumnante, vel reclamante. Dedi etiam terram Gulberti de Wivelvilla. Dedi quoque terram filiorum Guuvardi de Hisnelvilla ; contuli quoque in Catolt sex hospites pro piscatoria de Aldemari ponte, videlicet in commutatione Rogerio filio Hunfredi, et unum molendinum quem quidam presbiter tenebat cum omni sua terra in villa que dicitur Pistes, et omnem decimam in eadem villa et in Romillei pro predicta piscatoria, et unum plenum hospitem. Testibus adhibitis legalibus : hi sunt Rogerius filius Humfredi, Osbernus filius Herfasti, Rogerius vicecomes, Rotbertus filius ejus, Giraldus pincerna, Rogerius de Montegmerico, et alii quam plures. Post hæc autem dedi alodium Rotberti vicecomitis filii Rogerii, terram ad unam carrucam in Tocavilla, aliam in Dalbod, cum .III.or vavassoribus in Tocavilla, et .III.or homines in Fiscanno. Ad hoc testes sunt Rotbertus de Moretuli et Johannes archiepiscopus Rotomagensis et Rogerius de Belmont et Stigandus + et Johannes abbas Fiscannensis.

Signum Willelmi regis +.